



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

BRUGORA GALEAZZO, *Oratio, habita Tridenti in Concilio patrum, nomine illu. & excellen. marchionis Piscariae, regis catholici oratoris, die luna XVI. martij. MDLXII*, Riva del Garda, Jacob Marcaria, 1562.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op f II

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/30>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

Misc. T. C. 144.

C. M. W. 25



BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

| |
|-------|
| G |
| 2 -op |
| f |
| 17 |

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris



K 2399620

D 2399599

5tci
T 0-op f 11

3. 16. Mar. 1562.

Ms. T. C. 2. 144

GALEATII

BRVGORAE PATRICII MEDIOLANENI:

ET REGII FISCI PATRONI ORATIO,

habita Tridenti in Concilio Patrum, nomine Illu.

& Excellen. Marchionis Piscariae, Regis,

Catholici Oratoris, die luna. XVI.

Martij.

M D L X II.



RIPAE.

M D L X II.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO

IN THE DEPARTMENT OF CHEMISTRY
BY

WILLIAM D. HALL

CHICAGO, ILL., 1840



CHICAGO

W. D. HALL

GALEATII BRVGORAE PATRICII
MEDIOLANENSI ET REGII FISCI

Patroni Oratio, habita Tridenti in Concilio Patrum, nomine

Illustriſſimi & Excellentiſſimi Marchionis Piſcarie, Re-
gis Catholici Oratoris, die lunæ. xvi.

Martij MDLXII.



QVOD Vnum agrotæ Reipublicæ Christianæ
remedium esse, ſemper uisum eſt, Patres ampliſ-
ſimi, illud omnino fuit, cum indicto Concilio
ſpes uouis iniecta eſt, negocium felix, ac ſalu-
tare a Pontificibus, a Cæſare, a Regibus una ſu-
ſceptum iri, ut magnis concuſſibus omnium gentium,
ac Nationum celeberrimi cõuentus peragerentur.
Ea re Pius. IIII. Pontifex maximus digni-
tatis Reipublicæ Christianæ, otij, amantiſſi-
mus, ut ad bene de omni Repub. ſperandum,
quaſi ſignum aliquod omnibus ſuſtuliffe uideretur, nihil antiquius putauit,
quam Cõcilium illud a Paulo Tertio Pontificæ Max. hoc ipſo in loco indictum,
retentum animo, remiſſum tẽporibus, longo interuallo intermiſſum reuoca-
ret. Etenim ſi ullum unquam tempus huiusmodi rem deſiderauit, hoc ipſum
proſeſſo eſt, quo multe gentes, ac Nationes diſcerptæ, diuiſæ, conquaſſatæ
ſunt uarietate opinionum, & licentia impiæ diſputandi; Quo multi a Chri-
ſtiane Repub. aberrarunt; Quo denique omnis prope Chriſtiana Ciuitas,
intestiſtis malis, ac diſcordijs laborans, multa perdidit, & ornamenta digni-
tatis, & præſidia ſtabilitatis ſuæ. Quamobrem cum Pius Quartus Pont.
Max. quaſi bonus parens, & tutor fidelis, curaret ne Patrimonium digni-
tatis Reipublicæ, a prædonibus ueſarijs diriperetur, & ſi multa quidem pro-
uilius dignitate, ac ſalutæ geſſit, quæ orbis terræ iudicio, ac teſtimonio cõ-
probantur, Tamen nihil clarius, nihil glorioſius, nihil denique commenda-
tius effecit memorie hominum ſempiternæ, quam quod uos potiſſimum elegit
Patres ampliſſimi, qui de ſumma rerum omnium deſideraretis. Nam quod conſi-
lium? quæ mēs, niſi ut diuina ſapientia ueſtra ſedaretis hæc mala, peſſimeque af-
fectam ciuitatem Chriſtianam ſanaretis, firmamque aliquando, ac uegetam
rederetis. Quamobrem uos Patres ampliſſimi, quaſi oracula ciuitatum,
quaſi moderatores populorum, quaſi Architeſti quidam ac fabri Pontificæ

Max. effis aduocati, ut huic sanctiffi. Reipublicæ adfuit, & si illa flet eam
muniat, si labatur erigatis. Cui negotio, cum Philippus Rex pius, fortis, ac
felix erga Christianam pietatem, iustumque huic ipsius Principatum eodẽ
modo affectus fit, quo modo Patrem suum prudentiffimum, & sapientiffimum
Imperatorem Carolum Quintum Cæs. Augustum omnibus temporibus affe-
ctum fuisse memoria tenet; libentissime quidem, nisi multis, ac magnis occu-
pationibus distineretur, interfuisset, coramq; graue oratione declarasset, quo
studio, quo ardore, qua animi pietate semper fuerit, & hoc tempore maxime
fit erga auctoritatem sacrosanctæ sedis, totamque Rempublicam Christianam
idque eo libentius fecisset, ut & cæteri Reges, & Principes Ciuitatum ipsius
exemplo adducti frequentiores huic ipsum in locum conuenissent; & vos Pa-
tres ampliffimi maiore animi alacritate omnia, quæ dilapsa iam fluxerunt,
seueris legibus uinciretis, et Reip. uulnera curaretis. Quibus præter, vos vos
inquã, Patres ampliffimi mederi nemo põt. Sed cū multis istiq; de causis
adesse ipse non potuerit, ex multis Heroibus, quorum magnam copiã habet.
Franciscũ Ferdinandum Daualum Marchionem Piscarium elegit, dignumq;
iudicauit, cui munus hoc legationis obeũdæ ultro diceret. Qui, & si in nullo
ocio, at in summo negotio Prouinciam Mediolani cum Imperio administrat,
tamen ab ipso Rege, qui eum antea semper, tum hoc uel maxime tempore or-
oculis, mentem denique ipsam in unam Rempublicam Christianam conuer-
tit, iussus est ea omnia, quæ ad sanctiffimam Religionem pertinent, rebus hu-
manis omnibus anteferre, & huc se quam primũ recipere. Adest igitur Frã-
ciscus Ferdinandus a Catholico Rege missus, & eo nomine, ut & Regis per-
sonam hoc ipso in loco suscipiat, & omnia eius officia, operam, laborẽ, copias
denique omnes ad amplitudinem uestram conferat. Denique uobis præfio
adfit, faueat, prosit quibuscunq; rebus Rex ipse possit. Et si. n. Respublica
Christiana maioribus præsidijs tegitur, ac Dei opt. max. munere ab omnibus
insidijs aduersariorum defenditur, tamen humanis etiam opibus aliquando
contra uim, & sceus uisa est eguisse. Etenim id circo potissimum Reges san-
cti appellantur, & terris a Deo dati sunt, ut & ad rerum temperationem se-
deant, & Reipublicæ Christianæ non modo excubias, & custodias, sed etiã
laterum suorum oppositus, & corporum polliceantur. Primum igitur cum
Pont. max. uigilet, adfit, provideat Reipub. Deinde magni animi sint in bonis
niris, magna concordia, incredibitis conspiratio, Deus deniq; ipse immortalis,
ac præpotens huic suo Populo Christiano, huic clarissimo Imperio, huic pub-
cherrimæ Reipub. auxilium continenter serat, non est desperandum fore, ut
nos Patres ampliffimi non modo labenti Christianæ Reipub. subueniat, ue-
rum etiam in ueterem libertatem, & dignitatem iudicetis. Ipsa certe, quæ
super crescentibus malis, quæ ipsam interimunt, capiti, salutiq; sue prope de-

ſperare uidebatur, & miſeris temporibus, ac perditis moribus aſſilla, & op-
preſſa iacebat, nunc tandē aliquādo bene ſperare freta præſertim medicina
conſultorum ueſtrorum ſalutaribusque auxilijs cæpit. Conſidit a nſe ueteris
morbi grauitatem uobis curatoribus de pulſuram; conſidit a nouis tentatio-
nibus ueſtra diligentia liberam futuram; Conſidit denique antiquum robur,
ac corporis firmitatem breui recuperaturam. An uero cum ſciat uos, quos
non tanquam aliquos ex urbe Roma miſſos, ſed de coelo de lapſos intuetur,
in loco tam excelſo pu'cherrime ſedere, & ad deſeſionem ſuam ſtare, non ſe
ſe excitet? non ſe erigat? non caput extollat? Quæ cum ita ſe habeant,
facile omnes in eam ſpem ingrediuntur fore, ut omnes, qui fortasſe aliquo mo-
do aberrarunt, redeant in uiam, & ueritas multis incommodis debilitata,
tandem opera, & æquitate ueſtra recreetur, & locum, in quo conſiſtat, repe-
rire poſſit. Poſtulat fortasſe hoc loco magnitudo rei, expectatio ueſtri, quæ
mirabilis eſt, ut Franciſcus Ferdinandus commoneret uos Patres ampliſſi. ut
in hac turbulentiffima tempeſtate Reipub. in tam grauib. cogitationibus
ueſtris omnia diuigentiffimæ diſpiceretis. Sed cum ſecum ipſe conſideret in-
credibilem ſapientiam ueſtram, ac prope diuinam, nullamque rem tantā eſſe,
ac tam difficilem, quam uos, non & conſilio regere, & integritate tueri, &
uirtute conſicere poſſitis, nihil ſibi timere faciendum eſſe putat, nihil uos cum
iuſq; monitis egere arbitrat. Videt uos quaſi in uigilia quadam manere,
nec uſquam diſcedere, nec a Reipub. deijcere oculos, ex eo die, quo in hoc Cō-
cilium conuocati eſtis. Videt intantis tenebris erroris a Deo opt. max. cla-
riſſimum lumen præferri mentibus ueſtris. Videt animos ueſtros reipublicæ
conſeruandæ cupiditate ſua ſponte incenſos ab eodem inflammari. Intelli-
git uos nihil neque cupide, neque temere, ſed omnia, & ſapienter; & fortiter
adminiſtrare: intelligit uos ab omnibus cæteris cogitationibus ad unam ſa-
lutem communem conſerri. Intelligit denique uos cogitationes, & mentes
ueſtras in hoc uno fixiſſe, & locaſſe, ut Reipublicam conſtituatis, & in pri-
ſtinum gradum reſtituatis. Quæ Omnia cum uideat, & quantum in uobis
fuit, præclare ieciſſe uos iam fundamenta ſtabiliendæ Reipublicæ, & eam
ſuauiſſime nunc a uobis tractati, arte, quæ lemit, non exſperat ſanat, non ulce-
rat, mouet, non perturbat animos hominum, & in poſterum nulla uos in re mu-
neri ueſtro deſuturos eſſe. Vnum illud reſtare putat, ut in proprio ſuo offi-
cio permanens; Philippi maximi, & potentiffimi Regi nomine ſtudiū offi-
cium, operam gratiam, authoritatem, copias denique omnes uobis Patres am-
pliſſimi ſine ulla exceptione, aut laboris, aut occupationis, aut temporis pol-
liceatur, ac deſerat.

**RESPONSVM SANCTAE SYNODI
IN ADMISSIONE ORATORIS
Philippi Hispaniarum Regis Catholici.**




T si Franciscæ Ferdinando Marchio Excell. piû studium Inuictissimæ Austriæ Domus, atq; animi prope suo erga Rempub. Christianam, ueramq; Christi Religionem Romanis Pontificibus sanctæq; Sedi spectata, atq; probata semper fuit; hoc tamen potissimum tempore catholici, potentissimiq; Philippi Regis, cuius personam merito Legatus sustinet, promptus, paratq; animus in uera religione, quæ ad paucos redacta est, conseruanda, & a tot impietatibus reuocanda, ac in ueteri dignitate, & sinceritate tuenda, adeo exoptatus, adeo iucundus sacræ huic generali Synodo extitit, & omnium animos erexit, ut spem certam attulerit, Christianæ Reipub. grauius quidem ægotanti, salutare remedium, magnaq; ex parte conuulsa, atq; collapsæ, uerum, firmumq; subsidium afferi posse, præsertim Pio Quarto Pont. Max. Pastoreq; uigilantissimo duce, & auctore, qui e Romana sacra illa, & non uiolabili specula, salutare, & expectatum Concilij signum erexit; Tridentumq; remisit, quo Christi oues a feris apris dispersas, & in animi luporum faucibus crudeliter absorptas, ad Christi tandem gregem nostris humeris, nostris inquam, humeris patienter, mansueteq; portaremus; Ferdinando Cæsare opt. Romano Ecclesiæ Primogenito, Regibus, Christianisq; deniq; Principibus, quorum hic frequentes, in sequeq; legatos adesse cernimus, fautoribus, beneq; iuuantibus, e quoru numero facile Princeps Philippus Rex Caroli quinti Cæs. Inuictif. cuius memoria in benedictione est, & omnibus uirtutum numeris cumulatifsimi, ut aliarum heroicarum uirtutum, ita etiam ueræ religionis uerissimus heres, & imitator, omnem operam, studium, industriam, facultates, omnem denique corporis sui laborem benignissimè polliceatur, & si opus fuerit, fidelissime præstabit, quem ita piû, & sanctum, uereque regium animum, atq; studium generali hæc sanctæ

Synodus, ita libenter tota mente amplectitur, ita merito laudat, & extollit,
ita iure letatur, & in eo conquiescit, ut magnas quidem gratias Potentissimo,
Christianique nominis firmissimo propugnaculo, atq; uindici per me omnium
Patrum nomine agi uoluerit: Tibique etiã Dauale Princeps Clarissime, uel
multis tuis nominibus, uel honorifice huius legationis nomine plurimum debe
re fateatur. Atq; omnia, quæ ad ipsius iustissimi, pietissimiq; Regis hono
rẽ, auctoritatẽ dignitatẽ pertineãt, quantũ, licuerit, libentissime pro suis meritis
Sancta Synodus præstabit: Deumq; Optimum Maximum obsecrat, ut ta
lium, tantorumque Regum, ita pios animos, ita pro Christi fide, ueraque
religione accensos, atq; inflammatos perpetuo conseruare, ac tueri liceat.
Mandatum uero Regium quantum de iure debet, admittit.

Eu-
rope
Relio
fata,
tem-
poris
para
anda,
tuen-
t, &
grauis
, atq;
quarto
sacra
mere
r ima
em no-
emus:
bristia
adesse
ps Phi
est, &
utum,
m, flu
beni-
a piã,
sancto

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.





BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T
O
op. f
11

3. 16. Mar. 1562.

300

Inc. T. C. c. 144.

GALEATI

MOLANEN:

ATIO,

e Illu.

gis.

xrite

colorchecker



MSCCPPCC0613

mm

RIPAE.

M D L X I I.



MSCPPCC0613